

Virtus te faciet divina prole parentem,
Et tibi progeries caelo mitteretur ab alto,
Para Dei soboles, magnam Patris incrementum.
Tum modo concipies - Virgo sine compare lecti:
Naminis umbra etenim sacri tua viscera prole
Distendet, latebrisq' effinget membra reportis:
Tunc eripa feres - puerum sub lamina aurae,
Cui multam praestanti dabitur cognomen & ESU.
Atq' ut vera scias, retuli qua nuncia jussus,
Virgo Divi scriptis: ex, qua tibi sanguine juncta,
Elisabeth tenui hac non vidit signora lecti,
Ally intumuit jam pridem pondere venter.
Haec dixit, tandem sublatus in aera pennis,
Angelus. Obsequitur Virgo, creditq' relatis
Angelicis, atq' in laudes lepida ora resolvit
Perpetuas: patrios, nullo comitante, perates
Linguit, et hinc sese Cognata ad limina confert.
Vix primam attigerat limen, vix Virgo salutem
Ipsa gravis gravis dederat, vix impulit aures
Vocibus agnata, foetus pede plaudit in alvo
Elisabeth, subito quo occurrit et ipsa Maria
Fertur in amplexus, et basia figit amica,
Dicens: O felix, cui non fiducia cessit!
Omnes nunc sentes te terq' quaterq' beatam
Laudabunt. Virgo post mansit in aedibus hospes
Cognata, dum Luna suum tercornibus orbem
Completeret. Verum repelens sua tecta, Josephum
sponsum adit, gravidam qui cum cognosceret ipsam
Mariam, dubij nunc hinc, nunc fluctuat illuc,
Atq' fugam celeri sponsalia solvere tandem
Ipse parat: monitus sed nocte voce Ministri
Angelici, sociam vivit cum Virgine vitam.
Aurea pax niveis hac temperate lacertis
Romanos, omnes populos terrarq' fovet:

Secula